

VIRO
ILLUSTRISSIMO
atq; EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
FRIDERICO
GUILIELMO,

S. R. Imperii Comiti
de **GRÆVENIZ**,
Domino Hæreditario in Schilde, Waschau
& Dodau, Domino in Marschalckzimmern,
Albeck, Burgesch, Heimsheim
& Perouse,

Ordinis Aquilæ nigræ Borussicæ Equiti,
Serenissimi ac Potentissimi Wirtembergiæ DUCIS Pri-
mario Status & Admissionis secretioris Ministro,
eiusdemque Aulæ Mareschallo Supremo,
Gubernatori Comitatus Principis Montisbeligardensis,
& Satrapæ Uracensi, Pfullingensi, Nürtingensi
ac Neuffensi,

DOMINO SUO longe GRATIOSISSIMO,
Huncce edendorum Philologicorum Speciminum Prodromum
debita cum Veneratione
dicat atque consecrat
Auctor.



DOCTISSIMO
CLARISSIMOQUE
VIRO,
DAVIDI FRIDERICO
MEGERLINO,
ILLUSTRIS STIPENDII THEOLOGICI
REPETENTI PRÆSTANTISSIMO
S. P. D.
P R A E S E S.

Vehementer gaudeo, spem, quam de TE
olim conceperam, cùm primùm mihi
innotesceres, Doctissime MEGERLI-
NE! cumulatè abs TE adimpletam fuisse.
Laudavi, uti nosti, tùm temporis ardo-
rem Tuum studiumque in linguis maxi-
mè sacris, quarum cultura Theologiæ Studiosis præ-
primis convenit, imò in literis elegantioribus sacris
omnibus proficiendi, calcarque Tibi, quod potui,
addi-

addidi , ut in tramite hoc alacriter curreres semper
 & talem TE formares , qui patriæ olim , qui studio-
 fæ apud nos juventuti tuâ doctrinâ & eruditione
 haud spernandas & insignes præstares operas . Qua-
 lem Te verò jam formaveris Ipse , quid & exspectare
 patria , quid Republica literaria à TE possit , abundè
 docent egregia ista & omni eruditione sacrâ , maximè
 philologicâ , referta specimina , quæ luci publicæ jam
 fistis & quæ , me Præside , ventilationi quoque erudi-
 torum publicæ exponis , docuit & hactenus insignis
 illa diligentia & industria Tua , quam hactenus , cum
 Repetentis in illustri Stipendio Theologico nostro
 munere cum laude fungerere , in informandâ & do-
 cendâ studiosâ juventute demonstrâsti . Merentur hæc
 non encomia saltem mea , sed & provocârunt jam
 Mæcenatum & Promotorum Tuorum favorem , quo
 TE dignissimum egregio muneri , proximè capessen-
 do , gratosè destinârunt . Maëste itaque hâc virtute
 Tuâ , doctissime MEGERLINE ! & stadium , quod
 egregiè curris , felicissimè perfice , & rem literariam
 sacram eruditis Tuis lucubrationibus , queis insudâsti ,
 porroque insudabis , luculenter orna . Adsit laboribus
 TUIS sanctioris Spiritûs benedictio luculenta , ut ,
 quod meditaris , omne in Numinis divini gloriam , in
 Ecclesiæ Christianæ emolumentum , & in ædificatio-
 nem studiosæ Juventutis , cui destinaris , feliciter ce-
 dat . Ego in promovendis studiis TUIS inque TE
 ornando , si quid in me situm fuerit , facultatis
 lubulentissimè collocabo . Vale . Scripsi
 Tubingæ postridie festi Palmarum
 A. MDCCXXIX .

Gene-